ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 87r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



agantur ignorant. In examine namq; recti iudicis mutat
merita dicis ordinum qualitas actionū. Quis enī conside
ratis ipsis rerū imaginib⁹ nesciat qd in natura gemma
rum carbunculus preferatur iacinto. sed tam ceruleī
coloris iacintus pferatur pallenti carbunculo. Quia et
illi quod ordo nature subtrahit species decoris adiungit.
et huic quē naturalis ordo ptulerat. coloris qualitas fe
dat. Sic ergo in humano genere et quidā in meliori ordi
ne deteriores sunt. et quidā in deteriori meliores. quia
et isti sortem extremi habitus bene uiuendo transcendunt.
et illi superioris loci meritū moribⁿ ñ ex sequendo deminuit.
Aliter admonendi sunt qui peccata deplorant xxxc.
operum. atq; aliter qui cogitationū. Admonendi
quippe sunt qui peccata deplorant operū. ut consum
mata mala pfecta diluant lamentatione. ne plus astrin
gantur in debito ppetrati operis. et minus soluant in
fletibus satisfactionis. Scriptū quippe ē. Potum dedit
nobis in lacrimis et mensura, ut uidelicet uniusq; mens
tantum penitendo conpunctionis sue libat lacrimas.
quantū se acto meminit aruisse pculpas. Admonendi
sunt ut incessanter admissa ante oculos reducant. atq;
uidendo agant ut adistricto iudice uideri ñ debeant.
Unde dauid cum peteret dicens. auerte oculos tuos
a peccatis meis. paulo superius intulit. peccatū meum